nodus innouat, & quas oēs hi ſinguli p̄dicti ipſo facto incurrūt, nec ab alio quam ab hac ſancta
ſynodo, p̄terq̄ in mortis articulo valeant de prædictis abſolui. Et ſi q̄ huic ſacro concilio incor-
porati aut ei adhærentes vigore mandatoꝵ p̄fati Gabrielis olim Eugenij poſt eius ſuſpēſionem
ab adminiſtratione papali emanatoꝵ ſuis dignitatibus aut bn̄ficijs quibuſcunq; ſpoliati eſſent,
aut ſpoliarent̄ in futurū, poſſint nihilominus ſine aliæ cauſæ cognitione aut requiſitione alterius
autoritatis, poſſeſſionis hmōi dignitatū & bn̄ficiorum per ſe vel per alios reintrare & recupera-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

re alijs pœnis contẽtis in decretis noſtris ſemp̱ in ſuo robore duraturis. Datum in ſeſſione no
ſtra publica in maiori Eccleſia Baſiliẽ. ſolẽniter celebrata. III. Calẽ. Nouẽb. Anno à natiuita-
te Domini. M.CCCC.XXXIX. Apoſtolica ſede vacante.

¶Aliud Decretum.

A ¶Sacroſctã gñalis ſynodus &c. Magna nobis ẽ ſolicitudo, vt electões paſtoꝝ q̱bus incũbit re
gere gregẽ dñicum ritè celebrent, & quãtũ poſſibile ẽ cuncta remoueant, quæ ipſaꝝ puritati
obuiare pñt. Quia vero ſæpius cõtigit hactenus monaſterioꝝ & Eccleſiaꝝ p̄latis decedẽtibus
& eoꝝ corp̱ibus tumulatis ꝓpter expectationẽ abſentiũ vocãdoꝝ ex locis longinquis Eccle
ſias ipſas, & monaſteria vacãtia interim diſpẽdia plurima ſuſcepiſſe, & ꝓpter diuturni interim
expectati tp̱is ſpacia, varia regimina p̱ p̄cum ſubornatões data fuiſſe, vñ Eccl'ijs ſæpius magnę
iacturæ ꝓueniſſe noſcunt, ſtatuit, & ordinat hæc ſctã ſynodus, ꝙ de cætero ad electiões de p̱-
ſonis Eccleſiaꝝ, & monaſterioꝝ regimine faciẽdas, vbi abſentes hactenus vocari cõſueuerũt,
nõ teneant illi de cap̄lo vel conuẽtu in q̊ electio faciẽda fuerit aliq̊s vocare abſentes in locis vl-
tra duas dietas ab ip̄a Eccleſia vel monaſterio diſtãtibus exiſtẽtes, canonibus al'r diſponẽtibus
nõ obſtãtib⁹ q̱buſcũq;. Et idẽ in electõib⁹ ad q̄ſcũq; dignitates faciẽdas ĩtelligat. Per hoc tñ pri
uilegijs, ſtatutis, & cõſuetudinibus illaꝝ Eccleſiaꝝ, & monaſterioꝝ, in q̱bus ad ip̄as electões fa
ciẽtes, p̄lati, religioſi, aut alij de alijs Eccl'ijs, aut monaſterijs vocãdi ſunt nõ intẽdimus in aliq̊
derogare. Prædicta q̊q; in caſu electionũ dũtaxat volumus ĩtelligi alijs caſibus in q̱bus abſen-
tes vocãdi ſunt ĩ diſpoſitõe iuris cõis remanẽtibus. Inſup̱ qm̃ in mõ, & in forma eligẽdi Eccl'ijs
& monaſterijs, p̄latos maxime cũ in eoꝝ electõibus p̱ viã ſcrutinij ꝓcedit, multa req̱runt à iu
re obſeruãda, quoꝝ omiſſio hmõi electões nullas reddit, vel ſaltẽ annullãdas, vñ diſpẽdia & q̄-
plurima diſcrimina eiſdẽ Eccl'ijs & monaſterijs, hactenus ſæpenumero euenerũt, & cõtinuo
in poſteꝝ euenire poſſent, ad obuiãdũ eiſdẽ diſcriminibus, & diſpẽdijs ſtatuit hæc ſctã ſyno-
dus, ꝙ ſuperiores ad quos earũdẽ electionũ ſpectat cõfirmatio electões quaſlibet hmõi dũmo
do illas alias à maiori parte cap̄loꝝ, ſeu cõuẽtuũ, Eccleſiaꝝ, & monaſterioꝝ hmõi, prius tñ vo
catis vocãdis & cõione ſuſcepta, & iuramẽtis p̄ſtitis, primitus iuxta formã decreti nr̄i deſup̱ ędi
ti de p̱ſonis idoneis celebratas cognouerit ſup̱ reliq̊s formã cõcernẽtibus iuxta traditionẽ ca-
nonũ, abſq; tñ malicia & fraude omiſſis, ad cõfirmatões hmõi electionũ ꝓcedere, & tal'r electis
ipſaꝝ qualitas, & Eccleſiaꝝ vtilitas p̱ſuaſerit, vt idẽ in Eccl'ijs & monaſterijs eidẽ p̄eſſe, ipſaſq;
in ſpũalibus & tp̱alibus regere & gubernare, ac diſpẽſare poſſint & valeãt. In poſtulatõibus tñ
quorũcũq; nullatenus iuramẽta, & cõmunio ſicut nec in electõibus obmittant. Cõſtitutõibus
eiſdẽ in cõtrariũ faciẽtibus, nõ obſtãtibus q̱buſcũq;. Datũ Baſileæ, vt infra patebit.

¶Aliud Decretum.

B ¶Sacroſctã gñalis ſynodus Baſiliẽ. in ſpũ ſctõ legitime cõgregata vniuerſalẽ Eccleſiã repñtãs,
Ad futurã rei memoriã. Nup̱ in decreto nr̄æ, xxxij. ſeſſionis ſup̱ electõe Romani pontificis ꝓ-
mulgato ĩter cætera ſtatuimus, ꝙ vna cũ dilecto Eccleſiæ filio Ludouico, tũc ſanctæ Ceciliæ
cardinali Arelateñ. vulgariter nũcupato, & alijs cardinalibus ſacroſanctæ Ro. Eccleſiæ, ſi q̱ añ
cõſummatã electionẽ aduenirẽt, & ipſi electõi ĩtereſſe vellẽt, alij trigintaduo tã de p̄latis q̄ de
cæteris honorabilibus Eccleſiaſticis viris aſſumerent, q̱ pro hac vice autoritate h⁹ ſctẽ ſynodi
ip̄m Romanũ põtificẽ eligere haberẽt, ita vt ille ab vniuerſali eccleſia ſummus põtifex habeat
q̱ à duabus partibus oĩm p̄dictoꝝ fuerit electus, ꝓut hæc oĩa in p̄dicto decreto latius cõtinent,
inter quos trigĩtaduos noĩauimus, & elegimus dilectos Eccleſiæ filios Thomã abbatẽ de Don
drainã ordinis Ciſtertiẽ. diocœ. cãdidæ caſæ, Iohãnẽ de Segobia archidiaconũ de Villauiſoſa
in Eccleſia Oueteñ. Thomã de Corcellis canonicũ Ambianeñ. in ſacra Theologia magiſtros
cõmittẽtes eidẽ plenariã facultatẽ eligẽdi ſi vellẽt, ac aſſumẽdi ſecum vnũ, duos, vel tres alios,
prout eis videret q̱ aſſumpti & electi ſimilem & eandẽ ſecum poteſtatẽ haberẽt, & facultatẽ
mandato vice & authoritate huius ſacri Baſilieñ. Concilij nominandi & eligendi reſtantes ele
ctores ipſius futuri Romani pontificis, & etiam alios officiarios ꝓ conclaui neceſſarios, ita ꝙ
nullus p̱ eos eligẽdus & nominãdus cẽſeret eſſe electus & nominatus, niſi à maiori parte p̄di-
ctoꝝ eligẽtiũ noĩatus eẽt & electus. Quibus iniunximus vt reciperẽt & nominarẽt ipſos reſtã
tes electores ex toto corpore Concilij habẽdo reſpectum ad nationes & deputationes in hoc
ſacro concilio exiſtẽtes quãtum fieri poſſet. Recipimuſq; ab ipſis tribus p̄nominatis iuramẽtũ
quod eligerẽt viros timoratos, & idoneos, quodq; nõ reuelarẽt electos p̱ ipſos vſq; ad publica
tionẽ eorundẽ in gñali cõgregatõe aut ſeſſiõe. Sed ipſam electionẽ ſic p̱ eos factã clauſam ſub
eoꝝ ſigillis reponerẽt in aliquo loco tuto ſub fideli cuſtodia vſq; ad illã diẽ publicatõis. Volẽ-
tes ãt tres p̄dicti deputati nr̄i cõmiſſionẽ ſibi p̱ nos factã exequi coaſſumpto ſibi dilecto Eccle
ſiæ filio Chriſtãno de Gretz, reginę in theologia magiſtro p̄poſito Eccleſię S. Petri in Bruna
Olomucẽ. diocę. die. v. mẽſis Nouẽ. in domo fratrũ minoꝝ Baſilieñ. conuenientes elegẽrt, &
nomi-

nominauerũt tã de ꝓlatis,q̃ de cæteris vſq; ad cõplementũ nũeri,triginta duoꝝ ipſis in eodẽ nu
mero ex nr̃a ordinatõe cõprehẽſis,q̃s in certa ſchedula deſcripſerũt,& eãdem clauſam ſub ſigillis
eoꝝ in loco tuto ſub fida cuſtodia repoſuerũt vſq; ad diẽ publicatõis fiende. Subſequẽter vero
die q̃rta Caleñ.eiuſdẽ menſis Nouẽbris in nr̃a gñali cõgregatõe ad hoc ſpecialiter indicta ꝑfatã
ſchedulã aperientes noĩationẽ & electionẽ ſic ꝑ eos factã publicauerũt,in q̃ ꝑſonæ infraſcriptæ
noĩatæ & deputatæ ſunt ab eiſdẽ ꝓ electoribus futuri Ro.põtificis.Iohãnes archiepũs Tharen-
taſieñ,Otho Dorthuſeñ,Georg.Viſeñ,Frãciſcus Gebenneñ, Ludouicus Viſeñ, Bernardus A- A
queñ,Guillermus Vercelleñ,Georgius Auguſteñ,Iohãnes Yporigeñ,Fridericus Baſilieñ,Ludo
uicus Thaurineñ,eccleſiaꝝ epĩ Alerãnus ſctĩ Benigni Fructuarieñ,ordinis ſancti Bñdicti Ypore
gieñ.diocœſis,Iacobus de Secuſſa ordinis ſancti Bñdicti Thaurineñ.diocœſis,Cõradus de Lu-
cella Ciſtertieñ,ordinis Baſilieñ.dioc.Raymũdus Cõcheñ,ordinis ſctĩ Bñdicti Rutheneñ.dioc.
Petrus ſancti Cucufacis eiuſdẽ ordinis Barchinonẽ.dioc.Thomas de Dondriana ordinis Ciſter
tieñ.cãdidæ caſæ dioc.Anthonius Arularũ ordinis ſctĩ Be. Elneñ.dioc. monaſterioꝝ abbates.
Iohãnes de Segobia archidiaconus de Villauiſſogia Oneten,Criſtãnus de Gretz reginæ ꝑpoſi-
tus ſctĩ Petri in Bruna Olomuteñ.dioc,Nicolaus Thibenth. Penitẽtiarius Cõſtañ,Rothoma-
geñ.ꝓuinciæ,Thomas de Corcellis canonicus Ambianẽ,Iohãnes de Valle,rector patriarchalis
eccleſiæ depleneor Leoneñ.dioc,in theologia mgr̃i.Guilhelmus Hugonis archidiaconus Me-
teñ.legũ doctor,frater Iohãnes de Mõte Cameto,ꝑceptor domus ſancti Anthonij de Rẽuerſo
Thaurineñ.dioc.Derzellanus archidiaconus Cracouieñ.Bernardus de Boſtho,canonicus Ilar-
den,frater Bartholomeus de Prouanis ꝑceptor domus ſancti Anthonij de Clauatio Yporigeñ
dioc.Iohãnes Vviler decanus Raſilij.Raymũdus Albiol,canonicus Thiraſoneñ.decretoꝝ.Hen
ricus de Iudæis legũ doctores.Iacobus de Saltzburga,licẽtiatus in iure canonico canonicus Ra-
tiſponeñ,Oẽs ſupraſcripti ſunt in ſacerdotio cõſtituti. ¶Noĩa vero ꝑſonaꝝ,q̃s in alijs officijs
neceſſarijs ꝓ cõclaui deputauerũt ſunt hæc,Ludouicus eṕs Lauſaneñ.ꝓ locũ tenẽte camerarij
durãte ipſo cõclaui,Pro cuſtodibus cõclauis,Perceuallus Belliceñ.Nicolaus Groſſetanus epſc.
Iohãnes ſctĩ Michaelis de Cluſa ordinis ſctĩ Bñdicti Thaurineñ.dio.Frãciſcus Abũdantiæ or-
dinis ſancti Auguſtini Gebeneñ.dioc.monaſterioꝝ abbates,Frãciſcus de Fuſte,ordinis minoꝝ
mgr̃ in theologia,Vilhelmus de Cõſtãtia legũ doctor canonicus Spireñ,Iohãnes de Turicella,
decanus Cegobriceñ,Theodoricus Nagel,canonicus Rigeñ. Pro clericis cærimoniaꝝ gratia,
Eneas de Senis Tridẽtiñ,Michael Brumen,Beluacen,eccleſiaꝝ canonici notarij apoſtolici, Pro
ꝓmotoribus Hugo Barardi,Iohãnes Slitzenrode.Pro procuratore fiſcali, Robertus magnani,
Pro ſoldano Petrus de Atrio,Deinceps aũt loco Bernardi epĩ Aqueñ, q allegatis ꝑ eũ pluribus
cauſis ab ingreſſu cõclauis,& officio electõis ad q̃d deputatus erat ſe excuſauit habitis delibera-
tionibus in ſacris deputatõibus loco eius in nr̃a gñali congregatõe noĩauimus & deputauimus
Ludouicũ epiſcopũ Maſſilieñ.Hãc itaq; noĩationẽ,electionẽ & deputationẽ,tam debentiũ eli-
gere ſummũ pontificẽ,q̃ officiarioꝝ,neceſſarioꝝ pro cõclaui pñti decreto eadem ſancta ſyno-
dus approbat & cõfirmat,eamq́; validã eſſe atq; in omnibus vim robur & effectũ habere decer-
nit & declarat ſupplẽs ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis oẽs & ſingulos defectus ſi q
forſan interuenerint in præmiſſis.Datũ in ſeſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſilieñ.ſo-
lemniter celebrata,tertio Caleñ.Nouẽbris,Anno à natiuitate dñi.M.CCCC.XXXIX.

¶Seſſio trigeſimanona confirmatio electionis papæ.

SAcroſancta gñalis ſynodus Baſilieñ.in ſpiritu ſancto legitime congregata vniuerſalẽ ec- A
cleſiam repreſentãs,ad futuram rei memoriam.Deus patrum noſtroꝝ & dominus mi-
ſericordiæ,qui fecit omnia verbo ſuo.Et ſi de omnibus à ſe creatis prouidẽtia gerat cũ-
cta certo gubernans ordine,ſpeciali tamen cura dilectam ſuam eccleſiam ſemper dirigit
pro qua vnigenitum ſuum dedit conſolans eam iugiter per ſpiritum paracletum,qui ipſam in af
flictionibus adiuuat,in perſecutionibus confortat,in tribulationibus lætificat.Nec eam quibus-
libet tentationibus ſeculi huius vinci aut ſuperari permittit.In cuius glorioſo nomine cõgrega-
ta hæc ſancta ſynodus autoritate duorum ꝑcedentium concilioꝝ & duoꝝ Romanorum pon-
tificum dum reſtaurationẽ legis diuinæ,& ſacrorum canonum,reformationemq́; moꝝ ſolici-
to ꝑquiſiuit ſtudio ſimul etiam extirpationem hæreſum,pacificationemq́; chriſtianorum prin-
cipum multis ꝓſequens laboribus varias aduerſitates ꝑtulit,& ꝓpter veritatem & iuſtitiã pluri-
mas ꝑſecutiones perpeſſa eſt,Adiuuante tamen virtute dei ſedulo ꝑſeuerauit in proſecutõe ſan
ctæ reformationis eccleſiæ ꝓ honore dei & ſalute animaꝝ.Cũ aũt hoc opus felicis ꝓgreſſus ha
bere non poſſit ꝓpter aduerſitates & reſiſtentias plurimas,quas Gabriel olim dictus Eugenius
papa quartus in contrariũ opponebat decreta ſalubria & ſacros canones cõtemnẽs & paruipen
dens,autoritatẽq; ſacrorum conciliorum verbis & factis conculcans determinationes fidei ca-
tholicæ ꝑ eccleſiã factas ꝑtinaciter impugnãdo & abuſibus varijs atq; criminibus eccleſiam dei

notorie

notorie & incorrigibiliter ſcãdalizãdo ꝓut in ꝓceſſibus ſuꝑ hoc deductis latius cõtinet. Vbi tandẽ apud eũ nulla ꝓficiebat admonitio oportuit ad illa iuris remedia recurrere, & à ſummo pontificatu quẽ nimiũ dãnoſe & inutiliter adminiſtrabat eundẽ deponere, poſt depoſitionẽ cum q̃tuor mẽſes, & amplius eẽnt effluxi conſiderãtes quã grauibus ſit circũdata diſpẽdijs q̊t & quãtis ſit plena periculis Eccleſiæ Ro. ꝓlixa vacatio ſicut exacti cõſideratio tpis edocet ad electionẽ noui põtificis ꝓcedere duximus, repetitis prius in nr̃a publica ſeſſiõe trigeſimaſeptima illis quæ dudũ de electõe ſummi põtificis in hoc Concilio fiẽda in euentũ vacationis ſedis Ap̃licæ ipſo Concilio durãte in q̃rta & ſeptima ſeſſionibus eiuſdẽ ſanctæ ſynodi ſtatuta, & ordinata fuerãt, & facta ſolẽni declaratõe quod ꝓ hac vice electio Romani põtificis fiẽda, & celebrãda erat ꝑ hoc ſacrũ Baſiliẽ. conciliũ, ſeu eius authoritate, atq; etiã ordinatõe ꝑ decretũ facta trigeſimæ ſeptimæ ſeſſiõis qd' vna cũ dilectiſſimo Eccleſiæ filio Ludouico tituli ſanctæ Ceciliæ Ro. Eccleſiæ p̃br̃o cardinali Arelatẽ. vulgariter nuncupato p̃nte vel p̃ſidẽte in hoc ſacro cõcilio, & alijs ipſius ſanctæ Rom̃. Eccleſiæ cardinalibus, ſi q̃ ante conſummatã electionẽ futuri Romani põtificis aduenirẽt, & huic ſacro cõcilio adhęrẽtes eidẽ electõi intereſſe vellẽt. Alij tã de p̃latis ꝗ de cæteris honorabilibus eccleſiaſticis viris in ſacerdotio aut ſaltẽ in diaconatus ordine cõſtituti vſq; ad numeꝝ trigintaduoꝝ ꝑ eandẽ ſanctã ſynodũ ad p̃dictã electionẽ faciendã in gñali ſua congregatõe, ac in ſeſſiõe publica noĩandi & deputãdi ptãtẽ haberẽt ꝓut ſcd̃m deum & ſuas conſcias eiſdẽ videret hac vice libere eligẽdi ſummũ pontificẽ authoritate huiꝰ ſanctæ ſynodi, ita vt ille abſq; vlla exceptõe ab vl̃i Eccleſia ſummus põtifex haberet, q̃ ab omĩbus p̃dictis ſic debẽtibus ꝓ hac vice eligere, aut ſaltẽ à duabus partibus ipſoꝝ eẽt electus, & cõſenſum ſuũ iuxta formã in eodẽ decreto ordinatã p̃ſtaret. Scd̃m cuius decreti depoſitionẽ trigintaduo archiep̃ali, ep̃ali, abbatiali dignitatibus & graduũ ac ſciaꝝ titulis inſigniti, noĩati, & deputati in nr̃a gñali congregatõe, ac demũ in ſeſſione publica, quoꝝ noĩa, dignitates, gradus & ordines hic haberi volumus ꝓ ſufficiẽter exp̃ſſis. Die tertio Caleñ. huius mẽſis Noueb. celebrata miſſa ſolẽni ꝑ præfatũ cardinalẽ Arelatẽſem, ac ꝑ ſingulos ipſoꝝ ſuſcepto diuinæ Euchariſtiæ ſacr̃o de manu eiuſdẽ cardinalis in p̃ntia totius cleri & populi & iuramẽtis ſolẽnibus pręſtitis ipſi pariter cum eodẽ cardinali conclaue intrauerunt in ea domo ciuitatis Baſiliẽ. in qua deputatio ꝓ communibus teneri conſueuit. Vbi cum magna deuotõe ſeptẽ diebus inſiſtentes quinq; ſcrutinia ſucceſſiue de mane diuerſis diebus cebrata miſſa, & inuocata ſpũs ſancti gr̃a peregerunt. Et tandẽ facto quinto ſcrutinio ea hora qua ꝓceſſio huius ſacri Concilij domũ p̃fatã circuibat, cantãdo hymnum: Veni creator ſpũs &c. Compertũ eſt religioſum & nobilẽ virum Amedeũ ducẽ Sabaudiæ in ſolitudine Rippalię Gebbennẽ. dio. iã à pluribus annis in virtute continẽtię honeſte conuerſantẽ, & virtutibus dño in ſpũ humilitatis ac ſimplici & hũili habitu deſeruientẽ in ſummũ pontificẽ vl̃es & Ro. Eccleſiæ eſſe electum iuxta præfati decreti nr̃i. xxxvij. ſeſſionis diſpoſitionẽ Quæ q̃dem electio poſt modum aperta feneſtra conclauis fuit ꝑ dictum cardinalẽ Arelatẽ. publice nuntiata, decãtatoq;: Te deum laudamus ꝑ oẽs ſupra dictos ad eligẽdum deputatos concorditer ſuꝑ electõe ip̃a deum glorificantes & or̃onibus cõuenientibus ſubiunctis, ipſi à conclaui exierunt in pluuialibus & mitris, alijſq; habitibus condecentibus ꝓut ſtatui vniuſcuiuſq; cõpetebat cõcomitãtibus p̃latis, & alijs ſuppoſitis huius ſacri cõcilij ac ꝓfeſſiõibus oĩm collegioꝝ & cõuentuũ huius ciuitatis Baſiliẽ. cũ reliquijs & decẽtibus ornamẽtis populiq; multitudine copioſa, Eccleſiã maiorẽ Baſiliẽ. adierũt, vbi ipſi p̃lati & alij de ſacro cõcilio vnanimiter deo grãs retulerũt, iteratoq; ſe p̃dictus dñs cardinalis Arelatẽ. in ambone p̃ntibus oĩbus electoribus deputatis, & in hoc cõſentiẽtibus atq; idip̃m approbãtibus retulit qũo ipſa electio rite & canonice fuerat celebrata, notarijs ap̃licis q̃ in cõclaui fuerãt etiã idẽ atteſtãtibus. Quę oĩa conſiderãs hæc ſc̃tã ſynodus, & ſpẽ magnã gerẽs in dño, ꝙ p̃fatꝰ Amedeus ꝓ ſapĩa, experientia, iuſtitia, clemẽtia, & cæteris virtutibus ſuis plurimos fructus ſalutis efficiet in populo dei, fidẽ conſeruãdo, mores reformãdo, pacemq; componẽdo ĩter prĩcipes Chr̃ianos & populos, velut ſanctitatis amator, & pacis cultor, q̃ cum oĩbus pacẽ & cum nullo drñam aut diſcordiã hr̃e famat domui ſuæ bene & laudabil̃r p̃poſitus, grandiumq; populoꝝ prudentiſſimus gubernator, & in rebus Eccleſiaſticis, & ſpũalibus non mediocriter exercitatus, habita ſuꝑ hoc in quatuor deputatõibus oĩm ſuppoſitoꝝ huius ſacri cõcilij cõcordi & vnanimi deliberatõe, & demum in generali congregatõe, concluſione ſubſecuta ipſam electionem laudat, recipit, & approbat, & ex abundanti, & ex certa ſcĩa hoc p̃nti decreto ratificat, & confirmat. Declarãs eundem Amedeum abſq; vlla exceptõe ab vl̃i eccleſia teneri, haberi & reputari debere electum in verum & legitimum ſummũ & Romanum pontificem. Et hoc ip̃m per præſentis decreti publicatõem ad notitiam volumus deduci cunctorum. Datum in ſeſſione noſtra publica in maiori Eccleſia Baſilieñ. ſolẽniter celebrata. XV. Calendas Decembris. Anuo à natiuitate Domini. M. CCCC. XXXIX.

¶Seſſio

¶Seſſio quadrageſima, De conſenſu Felicis papæ.

SAcroſancta gn̄alis ſynodus Baſilieñ. in ſpū̄ ſancto legitime cōgregata, vl'em eccleſiam A
repreſentās, ad perpetuā rei memoriā. Cū (ſicut ait beatus Hilarius) propriū eccleſiæ
eſſe ſoleat, vt tunc vincat cū lædit, tunc intelligat cū arguitur, tunc ſecura ſit cum ſepa-
rata videt. Arca em̄ per quā eccleſia deſignat, eleuata eſt in ſublime, cōfidit hæc ſancta
ſynodus ꝙ ille q̄ poſt nubilum dat ſerenū inclytam ſponſam ſuam ſuccedentibus turbationū
fluctibus agitatam oculo clementiori ex alto reſpiciat, non ferens in ſui nominis iniuriā diu-
tius cōculcari. Ipſa etenim ſynodus poſuit in domino ſpem ſuam & factus eſt protector eius,
nec miſericordiā ſuam abſtulit qui varijs aduerſitatū generibus congrua appoſuit remedia p̄-
mentibus quidē grauibus calamitatibus & irruentibus perſonis aduerſus eccleſiā ipſam & au
toritatē eius excitauit eandē ſanctā ſynodū ſpūs paracletus vt ad electionem noui paſtoris &
Romani procederet pontificis, q̄ ſe opponeret murꝝ pro domo Iſrael. Quæ q̄dē electio tandē
cū ſolennitate congrua in eadē ſynodo rite & canonice celebrata extitit de perſona ſanctiſſi-
mi Felicis quinti, tunc Amedei ducis Sabaudiæ ac decani militū in ſolitudine Rippaliꝫ Geben
neñ. diocœſis in humilitatis ſpū domino famulantiū, prout decreto. xxxix. ſeſſionis dictæ ſy
nodi ſup̄ hoc confecto plenius continetur. Cuius tenor talis eſt.

¶ Sacroſctā, &c. Ad ꝑpetuā rei memoriā. Deus patrū noſtrorꝝ, &c. poſt cuius q̄dem decreti B
publicationē p̄fata ſynodus dilectiſſimū eccleſiæ filiū Ludouicum tituli ſanctæ Ceciliꝫ pbr̄m
cardinalē Arelateñ. vulgariter nuncupatū de latere & alios legatos & oratores ſuos, videlicet
pleroſq; ep̄os, abbates, magiſtros, & doctores iuris diuini & humani nobilē virꝝ Iohānē co-
mitē in Tyerſteyn protectorē dictæ ſynodi imperiali autoritate deputatū vicegerētē, & cer-
tos milites ad eundē electū trāſmittēdos duxit, vt ipſi electionē p̄fatā p̄ſentarēt, & cōſenſum
eius expoſcerēt & req̄rerēt iuxta formā in decreto trigeſimæ ſeptimæ ſeſſiōis p̄fatæ ſynodi ſta
tutā & ordinatā, q̄bus q̄dē legatis & oratoribus in p̄fati electi p̄ſentia cōſtitutis, ip̄mq; p̄ſenta
to ſibi die, videlicet Iouis. xvij. mēſis Decēb. Anno à natiuitate dn̄i. M. CCCC. xxxix. Decre
to electōis p̄dictæ ex parte eiuſdē ſynodi ſupplici ꝓcū inſtātia repetitis vicibus req̄rētibus, q̄-
tenus pro cōſolatōe eccleſiæ dei in maximis his tp̄ibus, aduerſitatibus, & tribulatōibus cōſti-
tutæ electōi hm̄oi acq̄eſcere, & cōſenſum p̄ſtare, aliaq; ad q̄ iuxta decretū. xxxvij. ſeſſiōis hm̄oi
tenebat facere & adimplere dignaret, idē electus tunc in magna vt cernebat ſpūs anxietate cō
ſtitutus mœrore cōpreſſus, cū hinc deſideriū quietis cui ſub ſuaui cōtēplatione depoſita tem
poraliū negotiorꝝ cura vacare delegerat in ſolitudine p̄dicta retraheret, & humanæ cōditio-
nis infirmitas oneris & laboris magnitudinē refugeret, huncq; vniuerſalis eccleſiꝫ authoritas
& reip. neceſſitas ipelleret. Et licet diutius trepidauerit, ignorās q̄d cōſultius ageret in p̄miſſis
poſt multiplices ſeorſum cū grauibus ꝑſonis habitas cōſultatōes metuēs etiā vt dicebat, ne ip
ſius ſic ad vl'is eccleſiæ & reip. miniſteriū neceſſitate cogēte vocati cōtradictōis reluctatio di-
uinā cōtra ſe indignationē prouocaret, & grauioris forſan diſpēdij in eccleſia dei occaſionē
induceret, nō honoris aut tēporaliū rerꝝ cupidine ductus, ſed obſequēdi neceſſitate impulſus
& affectu publicæ ſalutis ꝓcurādæ in humilitatis ſpū tāti oneris ſarcinæ hūeros ſuppoſuit, &
ſe apoſtolicꝫ ſolicitudinis iugo ſubmiſit, electiōiq; de eo factꝫ genibus flexis, exortiſq; lachry
mis, etiā infra ſtatutū ad hoc in decreto. xxxvij. ſeſſiōis hm̄oi terminū ad laudē dei oīpotētis
deuote cōſenſit, & hūiliter acq̄euit, ac ꝑ dictū cardinalē, q̄ vocari vellet noīe interrogatus (ꝓ-
ut moris eſt) in Romanū pro tp̄e pontificē electo Felix nomē duxit ſibi eligēdū, chlamydeq;
& caputio q̄bus tūc vtebat, depoſitis, etiā genibus flexis profeſſionē iuxta p̄fatæ. xxxvij. ſeſſio
nis continentiā atq; formā emiſit, & propria manu ſubſcripſit die & anno ſuperius expreſſis,
cuius quidem profeſſionis tenor talis eſt.

¶In noīe ſanctꝫ & indiuiduæ trinitatis, patris, & filij & ſpūs ſct̄i. Ego Felix electus in papam
oīpotēti deo, cuius eccleſiā ſuo p̄ſidio regēdā ſuſcipio, & beato Petro apl'orꝝ principi corde C
& ore ꝓfiteor q̄diu in hac fragili vita cōſtitutus fuero, me firmiter credere & tenere fidem ca
tholicā ſecūdū traditionē apl'orꝝ & gn̄aliū conciliorꝝ, & aliorꝝ ſanctorꝝ patrū, maxime autem
ſanctorꝝ octo conciliorꝝ vniuerſalium, videlicet primi Necæni, ſecundi Cōſtātinopolitani,
tertij Epheſini, & quarti Calcedoneñ. quinti & ſexti. Itē Cōſtantinopolitani ſeptimi, Itē Ni-
cæni, octaui q̄q; Cōſtātinopolitani, necnō Lateraneñ. Lugduñ. Vienneñ. Cōſtātieñ. & Baſi-
lieñ. gn̄aliū etiā cōciliorꝝ, & illā fidē vſq; ad vnū apicē inuiolatā ſeruare & vſq; ad animā & ſan
guinē confirmare defenſare & p̄dicare, ritumq; pariter ſacramentorꝝ eccleſiaſticorꝝ eccleſiæ
traditū oīmode proſeq̄ & obſeruare. Polliceor etiā fideliter laborare ꝓ tuitōe fidei catholicꝫ
& extirpatōe hæreſum & errorꝝ, reformatōe morum, executōe & obſeruatōe decretorꝝ Cō-
ſtañ. & Baſilieñ. conciliorꝝ ac pace in populo Chriſtiano. Iuro etiā proſequi celebrationē con
ciliorꝝ gn̄aliū, & cōfirmationē electionū iuxta decreta ſacri Baſilieñ. cōcilij. Hāc aūt ꝓfeſſionē

mea manu ſubſcripſi,& tibi oı̄potēti deo cui in die tremēdi iudicij redditurus ſum de hoc &
aliꝭs meis opibus rōnē pura mēte ſup altare offero,quā in primo publico cōſiſtorio ſolēniter
D ¶Quibus pactis,cardinalis alijq́ꝫ legati & oratores p̄dicti iuxta cōmiſſionē & pote (repetā.
ſtatē eis traditā,ipſum electū depoſitis ſibi indumētis cōſuetis per traditionē veſtis albi colo-
ris & annuli de papatu inueſtiuerūt,& alba pluuiali,cæteriſq́ꝫ ornamētis papalibus cōgruen
tibus induerūt,& in cathedra poſuerūt. Ipſe cardinalis,alijq́ꝫ epi,prælati, principes, comites,
barones,& nobiles reuerētiā & obediētiā Romanis pōtificibus exhiberi ſolitas exhibētes in
ꝓceſſiōe ſolēni cruce p̄cedēte more papali,vt decuit,ad eccleſiā monaſterij S. Mauricij ordi-
nis S. Auguſtini in dicta ſolitudine cōſtitutā proceſſerūt,& dū ipſe electus fuit,añ altare pro-
ſtratus diu orauit,& hymni Te deū laudamus decātatōe finita,& pr̄ nr̄ & alijs ſuffragijs & col
lecta cōſuetis ꝑ dictū cardinalē dictis eūdē electū intronizauerūt ipſum ſuper altare maius di
ctæ eccleſię eleuātes. Demū ipſe electus,aſtātibus ibidē,ſolennē bn̄dictionē dedit,& indulgē
tias cōceſſit in his oı̄bus decentibus & cōgruis ſolēnitatibus obſeruatis. Quæ q̄dē pręmiſſa oı̄a
ſex notarijs publicis & decē ad hoc ſpecialiter req̄ſitis teſtibus pleriſq; prælatis, principibus,
comitibus,baronibus,nobilibus,magiſtris,doctoribus,& alijs inſignibus & notabilibus viris
ibidē p̄ñtibus & iſta atteſtātibus geſta fuere,prout in inſtrumentis publicis, q̊ꝝ tenores ipſa
ſynodus p̄ñti decreto habet & haberi vult ſufficienter expreſſos plenius continetur.

¶Declaratio,ꝙ domino Felici ſit obediendum.

E ¶Præfata igit̃ ſacroſctā ſynodus q̄ electionē Felicis tunc Amedei hmōi eius ſolenni decreto
cunctis Chriſti fidelibus publicari curauit cōſenſum per eundē electū dictæ electioni præſti-
tū,ac apoſtolat⁹ acceptationē hic p̄ñti decreto publicat,& ad notitiā deducit & deduci vult
ſingulorꝝ,ipſaſq́ꝫ electionē,acceptationē,cōſenſus,præſtationē,profeſſionē, inueſtituram &
intronizationē gratas & ratas habēs autoritate vniuerſalis eccleſiæ ex certa ſcı̄a approbat,ro
borat,& cōfirmat. Decernēs & declarans eidē electo tanq̄ vnico,vero & indubitato eccleſiæ
Romanæ paſtori ab oı̄bus Chr̄i fidelibus de neceſſitatę ſalutis obediendū fore & debere obe-
diri,ac eiſdē Chriſti fidelibus quacūq;,etiā ſi imperiali,cardinalatus,patriarchali,regali, pōti
ficali,abbatiali,ſeu alia q̄uis eccleſiaſtica,vel mūdana p̄fulgeāt dignitate,aut principatus, duca
tus,marchionatus,comitatus,ſeu cuiuſuis alterius dn̄ij titulo potiant̃,necnō ciuitatū,cōitatū,
oppidorꝝ,villarꝝ,& locorꝝ ac ſtudiorꝝ quorūcūq; vniuerſitatibus & eccleſiarꝝ,tā metropolita
narꝝ aliarū cathedraliū,q̄ collegiatarū capitulis,ac monaſteriorū cōuentibus,necnō ordinum
mendicantiū gn̄alibus miniſtris & prouincialibus ac q̄buſcūq́ꝫ alijs cuiuſcūq; dignitatis,præ-
eminentiæ,gradus,ordinis,vel cōditiōis fuerint ſub obteſtatōe diuini iudicij,necnō excōica-
tionis,ſuſpēſionis,& interdicti,ac priuatiōis oı̄m dignitatū,bonorū,& officiorū eccleſiaſtico
rū & tēporaliū,iuriumq́ꝫ,feudorū,& bn̄ficiorum eccleſiaſticorū,& alias iuris pœnas,cardina
les,patriarchæ,archiepiſcopi,epı̄,abbates,gn̄ales miniſtri,& prouinciales,magiſtri,& docto
res,capitula,cōuentus,cæteriq́ꝫ ſupra noı̄ati & alij eccleſiaſtici q̄cunq; mādatis hmōi inobe-
dientes ſeu in aliquo cōtrauenietes ipſo facto incurrāt. Ad ipſas vero pœnas cōtra reges,pri-
cipes,duces,marchiones,comites,barones milites,& alios dn̄os tēporales & ſeculares perſo-
nas quaſcūq; q̄ ſimiliter inobediētes & rebelles fuerint,ipſa ſctā ſynodus vniuerſalis eccleſiæ,
ſeu ipſe Felix ſua apoſtolica autoritate procedere curabit iuſtitia mediāte,autoritate dei om-
nipotētis & eiuſdē vniuerſalis eccleſiæ diſtricte p̄cipit atq; mādat,quatenus eidē electo,vero
& indubitato dictæ Romanę eccleſię paſtori reuerenter vt tenent̃ obediāt & intēdāt. Et inſu
per oı̄a & ſingula indulta,literas,proceſſus,ſn̄ias,cenſuras,& mādata p̄tēſa per Gabrielē olim
Eugeniū papā quartū,q̄ tanq̄ ſchiſmaticus,hæreticus & alijs diuerſis criminibus,q̄bus eccle-
ſiā dei incorrigibil'r ſcādalizabat irretitus,& ab omni gradu,honore,& dignitate papali ꝑ p̄fa
tam ſynodū iuſto iudicio depoſitus & amotus extitit, ſeu eius autoritate quomodolibet cō-
ceſſa,promulgata de facto q̄ præmiſſis obuiare poſſint,prout ſunt caſſa,irrita & inania, nulli-
uſq́ꝫ roboris vel momēti fore decernēs pariter & alijs in decreto depoſitionis & admonitōis
dicti Gabrielis quod incipit. Proſpexit dn̄s de excelſo ſancto ſuo cōtētis,vtpote fautorię ſchiſ
matis & hæreſis & alijs etiā iuris pœnis quas cōtra faciētes & rebelles ipſo facto incurrāt,inhi
bet ne pręfato Gabrieli ſic depoſito & amoto,eiuſq́ꝫ mādatis,nūtijs & literis,aut exinde ſecu-
tis ꝓceſſib⁹,ſentētijs,& cēſuris p̄tēſis q̄uolibet obediāt,pareāt,ſeu ea exequant̃,aut exeq̄ faci-
ant,ſeu ꝓcurēt eidē Gabrieli ſeu nūtijs,mādatis,lr̄is,& p̄tēſis ꝓceſſibus,ſentētijs & cēſuris ſuis
hmōi vtētibus,vel ea exequētibus aſſiſtētiā,auxiliū,cōſiliū,vel fauorē p̄ſtare p̄ſumant decretis
alijs eiuſdē ſynodi in ſuo robore nihilominus duraturis. Datū Baſileę in ſeſſiōe nr̄a publica in
maiori eccleſia Baſiliē. ſolēniter celebrata. iiij. Calē. Martij. Anno à nati. dn̄i. M.cccc.xl.

¶Seſſio quadrageſimaprima,in qua condemnantur quidā libelli ſcādaloſi &c.
per Gabrielem,olim Eugenium papam quartum,æditi.

Sacroſctā

A

SAcroſctā gn̄alis ſynodus Baſilien̄. in ſpū ſancto legitime cōgregata, vl'em eccleſiā repreſentās, ad ꝑpetuā rei memoriā. Licet vt ſacroꝝ canonū aperte teſtat̄ autoritas cōdemnatis de hæreſi, & ab eccleſia dei ſeiunctis, nulla ſup̄ catholicos iudicandi ſit attributa vel permiſſa poteſtas ac fidelibus chriſticolis quæuis illoꝝ cōmunio ſub grauiſſimis iuris diuini pariter & hūani pœnis ſit penitus interdicta, qa tn̄ inualeſcēte hoīm malitia, & humani gn̄is inimico oīm hæreſum ſatore procurāte plerūq; nōnulli taliter dānati ſic ſuos obdurāt aīos in ſua pertinacia gloriātes, & vl'em eccleſiā ac ſibi deuotos ſub p̄tenſo colore iudicialis ſn̄iæ libellis ſcādalis & cōtēptibus plenis in vniuerſis afficere & perturbare nō verent̄, nō ſolū debitū, ſed & neceſſariū reputamus, vt cōtra dānabiles hmōi auſus debita ordinemus antidota, dignaq; animaduerſione cōtra taliū fautores arctius exurgamus. Nuper ſi qdē dum Gabriel, olim Eugenius papa q̄rtus nūcupatus, multiplicia & enormia crimina vniuerſalē eccleſiā dei ſcandalizātia, q̄ adeo notoria erāt ꝙ nulla tergiuerſatōe celari poterāt, perpetrauerat, & eccleſiā audire, ac p̄ceptis, ſtatutis & ordinatōibus ſynodalibus obedire cōtēneret, hæc ſctā ſynodus neceſſariū eē iudicans, vt cui pia nō proderat correctio, debita nō parceret abſciſio poſtq̄ in multa longanimitate, patiētia, & māſuetudine poſt plures admonitiōes expectauerat eundē vt ſalutarē emendationē & criminū p̄dictoꝝ correctionē efficeret, tandē cū amplius differre nō poſſet, quo minus fidei catholicæ & ſaluti vniuerſæ chriſtianæ religionis ſub auxilio ſpūs paracleti prouideret, eadē ſctā ſynodus in ſeſſiōe publica Baſileæ. vij. Calen. Iulij. Anno à natiuitate dn̄i. M.CCCC.XXXIX. ſolēniter celebrata per ſuā ſententiam inter alia dictū Gabrielē fuiſſe & eſſe notorium & manifeſtū ſchiſmaticū & hæreticum declarauit, ac diuerſis alijs criminibus vniuerſalē eccleſiā ſcādalizantibus irretitū, & propterea à papatu & Romano pontificio ipſo iure priuatū eē pronuntiauit, ac ipſum ab eiſdē amouit & depoſuit, inhibēdo ſingulis fidelibus ſub grauibus pœnis tūc expreſſis, ne eidē Gabrieli ſic priuato, & depoſito tanq̄ ſummo pontifici obedirēt, parerēt & intēderēt, vel eū quouis mō ſuſtinerēt aut receptarēt, aut auxiliū, cōſiliū vel fauorē præſtarēt, prout in ſn̄ia & decretis noſtris deſup̄ cōfectis plenius cōtinet̄. Cum aūt, ſicut accepimus, nuper quædā famoſa ſcripta, ſcandaloſa, iniurioſa, ſchiſmatica, à fide deuia, & hæretica, quā ipſe ſn̄iam diffinitiuā appellat, quæ incipit Quoniā ſanctoꝝ patrum ſn̄ia, &c. Per quā dictus Gabriel inter alia ſanctiſſimo dn̄o noſtro Felici quinto in Ro. pontificem electo, vero, vnico & indubitato Chriſti vicario, & eius Felicis quinti electoribus per hoc ſacrū conciliū cū debita maturitate & prouidentia circūſpecta ad hoc tunc ordinatis, ac alijs q conclaue pro electione Romani pontificis in hac ſctā ſynodo ingreſſi fuerunt, & in ea interuenerūt, eiſq; credētibus & adhærētibus cōuicia plurima & turbatōes in ſuis ꝑſonis, dignitatibus, bn̄ficijs & rebus temere & calūnioſe inferre molitus eſt, decernēdo & declarādo eos fuiſſe & eē dignitatibus, & bn̄ficijs & officijs ſuis priuatos & inabiles ad eadē, licet de facto noīe ipſius Gabrielis emanauerit & publicata fuerit in vniuerſalis eccleſiæ & dicti Felicis qnti ludibriū, dedecus & cōtemptū. Nos attendētes ꝙ illoꝝ ſcripta recipi nō debent, quoꝝ dānant̄ autores, & ne ex dicta ſcriptura prætēſa per quā idē Gabriel ſe pertinacius obduratum ac magis & magis hæreticū & omni incrudelitate repletū, cōprobat quēpiā fidelium in hac re ſeduci ac cōturbari cōtingat. Hæc ſctā ſynodus volēs, vt tenet̄, ſup̄ hoc ſalubriter prouidere prætēſam ſcripturā, ac quicqd ex ea ſecutū eſt, declarat fuiſſe & eē omnino irrita & inania, nullūq; debuiſſe ac debere ſortiri effectū, ſeu nocumentū vel damnū afferre cuiq̄, vel quomodolibet attuliſſe, ipſaq; quatenus proceſſerūt de facto, & q̄ in poſterū ſequi poſſent in irritū reuocat, caſſat, & annullat. Inhibet q̊q;, mandat, atq; præcipit vniuerſis Chriſti fidelibus cuiuſcūq; ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, aut cōditiōis fuerint, etiā ſi imperiali, regali, ducali, cardinalatus, patriarchali, pōtificali, ſeu alia q̄uis eccleſiaſtica, vel mūdana p̄fulgeant, ac ciuitatibus, vniuerſitatibus, cōitatibus, villis, oppidis, caſtris, & collegijs qbuſcūq; ſub fautoriꝰ ſchiſmatis & hæreſis, ac cōmunicatōis, quo ad ſingulares, interdicti vero q̊ ad ciuitates, vniuerſitates, cōitates, villas, oppida, caſtra, & collegia p̄dicta, necnō priuatōis oīm & ſinguloꝝ dignitatū, bn̄ficioꝝ, officioꝝ, priuilegioꝝ, & bonoꝝ eccleſiaſticoꝝ & mūdatorū ac inabilitatōis ad eadē alijſq; in dicto & cæteris nr̄is decretis cōtentis pœnis quas contrafacientes & rebelles ipſo facto incurrere volumus, ne ſcripturā & in ea contenta hmōi acceptare, publicare, p̄dicare, & defendere, aut eiſdem quouis modo cōſentire vel fauere, nec eis obedire, ſeu ea attēdere vel obſeruare, aut eorū q̄rūcūq; p̄tenſarū priuationū & proceſſuū inde ſecutorū, etiā quaſcunq; cēſuras cōtinentiū per ipſum Gabrielē damnatū factorū, aut ī poſterū forſan faciendorum prætextu dignitates, bn̄ficia, perſonas, res & bona Felicis qnti electorū & aliorū in eadē prætenſa ſcriptura quoquo modo cōprehenſorum quouis mō impetrare, occupare, inuadere, ꝑturbare, vel detinere, aut ipſos impetrātes, inuadētes, perturbantes, capiētes vel detinētes ad poſſeſſionē eorundē, ſeu alios recipere, admittere ſeu eos in illis

ſuſtinere,abſq; ipſis ac dictæ ſcripturæ,ac in eis cõtentis,alijſq; præmiſſis aſſentiẽtibus,& alijs vtentibus,ſeu ea publicantibus & defendẽtibus auxiliũ,cõſiliũ,vel fauorẽ præſtare quoquo modo audeãt vel præſumant,Nec præmiſſa quantũ in eis eſt executioni demandari permittant. Datũ Baſileæ in ſeſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſilieñ.ſolenniter celebrata. x. Calen. Auguſti. Anno à natiuitate dñi. M.CCCC.XL.

¶Seſſio quadrageſimaſecunda, De prouiſione Felicis papæ quinti.

B SAcroſctã gñalis ſynodus Baſilieñ.in ſpũ ſancto legitime cõgregata,vlem eccleſiam repreſentans. Ad perpetuã rei memoriã. Inſcrutabilis diuinæ altitudinis prouidẽtia ad extollendũ & conſeruandum dominici gregis agrum inuocatione ſpũs ſancti adunatos inter multiplices nobis incumbẽtes ſolicitudines illa nos cura propenſius angit & vrget,vt quæ pro chriſtianæ religionis incremẽto & reipu. vtilitate per nos ſummo ſtudio ædita ſunt & decreta votiue dirigi & firmiter valeant adimpleri,& vt Romanus pontifex decretoꝝ hmõi executor & cõſeruator præcipuus illa tanto amplius,tantoq; liberius exeq poſſit,& manu tenere,ac alias felici regimini eccleſiæ dei ardẽtius intendere,quo cõgruę prouiſionis auxilio,iuxta ſui ſtatus exigentiã ab vniuerſali eccleſia ſuffultus incumbentia ſibi & ſuis onera expenſaꝝ grauiſſima cõmodius & facilius conſpexerit poſſe ſupportare, cum ſanctiſſimus dñs Felix papa quintus ad ſummi apoſtolatus apicẽ aſſumptus,& non mundanaꝝ cupidine ductus,cũ patrimoniũ beati Petri & terras Romanæ eccleſiæ prohdolor per alias tyrannides cerneret occupatas diuinæ voluntati reſiſtere non volens,& eccleſiæ dei in tã graui fluctuatione cõſtitutæ pie cõpatiens,iugũ tanti oneris pro dei reuerentia,fidei cõſeruatione, & vniuerſalis eccleſiæ cõſolatione ſuis humeris ſuſcipiens,proprijs derelictis,decreta hmõi cum omni humilitate ſuſceperit,eaq; & fidẽ catholicã obſeruare & manu tenere pure & ſimplr iuxta mentẽ & tenorẽ eorundẽ profeſſus fuerit ad proſecutionẽ totius boni reipu. & religionis Chriſtianæ,necnõ ad defenſionẽ autoritatis gñalium concilioꝝ & decretoꝝ prædictoꝝ affectibus ſynceris adhelãs,grauiaq; & importabilia expenſarum onera in diuerſis ac magnis eccleſiæ dei ingruẽtibus negotijs,p̃ſertim pro executione illoꝝ ſanctoꝝ opeꝝ,propter q̃ eadẽ ſancta ſynodus cõgregata eſt cũ de patrimonio beati Petri,aut aliũde nullã adhuc ſubuẽtionẽ habuerit ,hactenus ſubierit & pertulerit ac grauiora neceſſario dietim ſubire & ꝑferre habeat ꝑ quæ vt cõfidimus & ſperamus idẽ Felix papa patrimoniũ hmõi,terras eccleſię recuperare, pacẽq; eccleſię dare poterit,dño cõcedẽte,attẽdẽs hęc ſctã ſynod⁹ ꝙ ſpũalia ſine tꝑalibus diu ſubſiſtere nequeũt,p̃miſſis & alijs diuerſis rõnabilibus & euidẽtibus cauſis ꝑmota,volens etiã ꝙ in decreto ſuæ ſeſſiõis.xij.iij.Idus Iulij. Anno à natiuitate dñi. M. CCCC.XXXIII. celebratæ,q̃d incipit: Sicut in cõſtruẽda domo ordinatũ eſt laudabilr adimplere hoc irrefragabili decreto vſq; ad quinquenniũ à die datæ p̃ſentiũ cõputandũ q̃ntũ,& deinde ad aliud quinquẽniũ extunc,proxime ſubſecutuꝝ decimũ denariũ veri valoris annui ſecundũ cõem extimationẽ quorũcũq; fructuũ,reddituũ,& ꝓuentuũ primi anni oĩm & ſinguloꝝ canonicatuũ & p̃bendaꝝ,dignitatũ,ꝑſonatuũ,adminiſtrationũ,p̃ſtimonioꝝ,p̃ſtimonialiũ,portionũ,& alioꝝ bñficioꝝ eccleſiaſticoꝝ cũ cura & ſine cura,ſeculariũ & regulariũ cuiuſcũq; cõditionis, ordinis,aut religionis fuerint,& q̃cũq; noĩe cenſeant,etiam ſi dignitates ipſæ patriarchales, archiepiſcopales,epiſcopales,abbatiales,prioratus,conuentuales,ac in metropolitanis,ſeu alijs cathedralibus maiores poſt pontificales,aut in collegiatis eccleſiis principales & electiuæ fuerint,à dicta die in antea ſiue ꝑ obitũ,aut liberã,ſeu ex cã ꝑmutatõis reſignatões,vel alias quouis mõ & q̃litercũq; p̃terq̃ per priuationẽ cã reformatõis,aut reſignationem ſimplicẽ in foro cõſcientiæ,ſeu ꝑ optionẽ p̃bendaꝝ in eccleſiis vbi illaꝝ optiones fieri cõſueuerũt, vbicũq; in Romana curia vel extra vacantiũ oneribus neceſſarijs illis pro tẽpore incumbentibus deductis & quotidianis diſtributionibus,necnõ xenodochijs pauperꝝ hoſpitalibus,in q̃bus hoſpitalitas actu tenet,leproſarijs q̃q; & alijs in titulũ bñficij cõcedi nõ ſolitis dũtaxat exceptis à q̃buſuis capitulis,collegijs,cõuentibus,& perſonis eccleſiaſticis & ſecularibus exemptis, & nõ exemptis,cuiuſcũq; dignitatis,ſtatus,gradus,ordinis,ſeu cõditionis exiſtãt,illa pro tꝑe poſſidẽtibus,aut fructus,redditus,& ꝓuẽtus hmõi ex ſtatutis & cõſuetudinibus,cõmẽdis, ſeu alias q̃uis modo ꝑcipiẽtibus pro vna infra ſex,alia ꝓ medietatibus infra alios ſex mẽſex eiuſdẽ primi anni ſctiſſimo dño Felici papæ q̃nto,ſuiſq; collectoribus & ſubcollectoribus ꝑ eũ deputatis vel deputãdis realiter & cũ effectu ꝑſoluendũ,& ꝑ eos exigendũ,leuandũ,colligendum,& recipiendũ eidẽ dño Felici papæ pro ſua ac cardinaliũ & officialiũ prædictoꝝ prouiſione,autoritate vniuerſalis eccleſiæ tenore p̃ſentiũ reſeruat,cõſtituit,deputat,& aſſignat,ſtatuens & decernens capitula,cõuentus,collegia,& ꝑſonas ipſas ad ſolutionẽ q̃nti & decimi denarij huiuſmodi dicto dño Felici papæ eiuſq; collectoribus & ſubcollectoribus mõ p̃miſſo faciẽdam fore efficaciter obligatos. Quodq; ſi infra vnum menſem à die q̃ collectores & ſubcollectores

hmõi

hmõi in eccleſia cathedrali ſe qntũ vel decimũ denariũ,hmõi ab illius debitoribus recipere pa
ratos obtulerint & publicauerint quẽlibet terminoꝝ p̄dictoꝝ ſequẽtiũ in ſolutiõe hmõi defe
cerint,negligẽtes ſeu remiſſi fuerint ſeculares ꝑſonæ excõicationis,capitula vero, cõuentus,
& collegia hmõi ſuſpenſionis à diuinis ſnĩas eo ipſo incurrãt,à qua quidẽ excõicationis ſnĩa
ab alio q̃ aut à nobis,aut dicto dño Felice papa,ſeu cui ille induxerit cõmittendũ, præterq̃ in
mortis articulo cõſtituti,niſi prius de tunc debito(vt præmittit)denario eidẽ dño Felici pa-
pæ quinto,eiusúe collectoribus & ſubcollectoribus ſatisfecerint,aut deſuper cũ eis cõcorda-
uerint,abſolutiõis bñficiũ nequeant obtinere,& ſi capitula,cõuentus,collegia & perſonę præ
dictæ excõicationis & ſuſpẽſionis ſententias hmõi per tres menſes dictũ menſem immediate
ſequentes,animo(q̊d abſit)ſuſtinuerint indurato,extunc eoꝝ eccleſiæ,monaſteria,& loca ec
cleſiaſtico ſint ſuppoſita interdicto tã diu & quouſq; à ſententijs(vt præfert)abſolui & inter-
dictũ hmõi meruerint relaxari,nõ obſtãtibus qbuſcũq; cõſtitutionibus & ordinatiõibus apo
ſtolicis ac ſtatutis,vſibus,& cõſuetudinibus eccleſiaꝝ,monaſterioꝝ,prioratuũ,locoꝝ,& or-
dinũ quorũcunq; iuramẽto,cõfirmatione apoſtolica vel q̃cunq; alia firmitate vallatis,literis
q̊q;,gratijs,priuilegijs,libertatibus,exemptionibus,indultis,& cõceſſionibus,capitulis, cõuen
tibus,& collegijs prædictis,eorũq; eccleſiis,monaſterijs,prioratibus,dignitatibus,locis & ꝑ-
ſonis in gñe vel ſpecie ſub quacũq; verboꝝ forma vniuerſalis eccleſiæ apoſtolicæ,vel alia q̃uis
autoritate factis & cõceſſis,etiã ſi de eis & eoꝝ totis tenoribus in præſentibus ſpecialis & ex-
preſſa mentio fienda foret,& quo ad hæc eis nullatenus ſuffragari volumus, cæteriſq; cõtra-
rijs qbuſcũq;,aut ſi capitulis,cõuẽtibus,collegijs,& ꝑſonis p̄dictis cõiter vel diuiſim q̃uolibet
indultũ exiſtat,aut interim indulgeri cõtingat,ꝙ ad ſolutionẽ ſeu p̄ſtationẽ denarij hmõi,aut
cuiuſcunq; alterius oneris vel ſubſidij oĩno teneant,& ad id cõpelli,aut ꝙ interdici,ſuſpendi,
vel excõicari,ſeu ipſi vel eoꝝ loca interdici non poſſint per literas nõ faciẽtes plenã & expreſ
ſam,ac de verbo ad verbũ,de indulto hmõi,eorũq; eccleſiis, monaſterijs, dignitatibus, bñfi-
cijs,locis,perſonis,& ordinibus proprijs mentionẽ. Vult tñ & aſſentit hæc ſctã ſynodus, ꝙ ſi
aliqua natio,regnũ,vel ꝓuincia,modũ ꝓuiſionis hmõi ſibi nõ cõuenire cẽſuerit,aut allegaue
rit oneroſum. Præfatus dñs Felix papa auditis illius rõnibus cõſiderãdis debite põderatis cũ
eadẽ natiõe,aut eius ꝑſonis,prout rõnabiliter expedire videbit cõuenire,& cũ eis cõcordare
poſſit,& quicqd cũ eo in hoc ſit cõuẽtũ aut cõcordatũ fuerit,id ipſa ſctã ſynodus gratũ & ra-
tũ perinde haberi decernit & declarat,ac ſi de hoc in p̄ſenti decreto plena & exp̄ſſa mẽtio ha
beret. Quodq; denarius p̄dictus vacatõe p̄dicta q̊tiẽſcũq; infra primũ annũ hmõi in quacunq;
natiõe occurrẽte & eo durãte vltra ſemel nullatenus exigat,nec quiſq̃ ad illũ ſoluẽdũ ampli-
us teneat. Inſuꝑ vult & decernit hæc ſctã ſynodus,ꝙ ſi q̃ capitula,collegia & cõuentus,ac ec-
cleſiaſticæ ſeculareſúe ꝑſonæ cuiuſcũq; dignitatis,ſtatus,ordinis,ſeu cõditionis exiſtant,fru-
ctus,redditus,& prouẽtus primi anni hmõi,aut aliquã illoꝝ quotã ſiue partẽ ex ſtatutis con-
ſuetudinibus ſeu priuilegijs,alias q̊uis modo leuare & percipere cõſueuerũt ꝑ hoc p̄fato dño
Felici papæ in exactiõe hmõi denarij nullatenus præiudicet, diſtrictius inhibentes capitulis,
collegijs,cõuẽtibus,& ꝑſonis ipſis ſub ſentẽtijs & pœnis ſupradictis ne illos vel illã in præiu-
diciũ dicti denarij pro eo anno quoq̊ modo petere & exigere audeãt ſeu p̄ſumãt. Per hoc tñ
hæc ſctã ſynodus capitulis,collegijs,cõuẽtibus & perſonis p̄dictis,q̊ minus annis dictũ primũ
vacationis annũ ſequentẽ illos & illã pro ea parte q̃ ob impoſitionẽ denarij hmõi eis deferat
petere & exigere valeant,nõ vult & intẽdit præiudiciũ generari. Præterea cũ nõnulli natiõis
Germanicæ apud nos cõſtituti nationẽ ipſam præ cæteris plus fore grauatã,corã nobis alle-
gauerint ſi in ea denarius hmõi abſq; alia moderatõe exigi deberet & leuari. Hæc ſctã ſyno-
dus his & alijs rõnabilibus cauſis mota bñficia q̃cunq; & qualitercũq; infra dictã nationẽ con
ſiſtẽtia,valorẽ qnq; marchaꝝ argẽti ſecundũ cõem extimationẽ eoꝝ neceſſarijs oneribus de
ductis nõ excedẽtia hoc decreto nullatenus includi,nec de illoꝝ fructibus,redditibus,& pro-
uẽtibus denariũ hmõi ſolui leuariq;,ſeu exigi debere decernit & declarat,volẽs atq; ſtatuens,
